pars milicie descendit in vallem Cathelonie, (que obiunm habuit regem Aragonensium) cum sua milicia. Et cum pugnassent, multi vtrimque ceciderunt. Ibi quoque rex Aragonensium volneratur, de quo wlnere tandem moritur. Rogerius autem de Loria cum suis galeis navalem exercitum regis Francie male custoditum prope Nabonam[^] combussit.

Eodem anno Pisani et Ianuenses pugnaverunt in mari generali exercitu et post magnam exertacionem[+] Pisani in loco dicto Lanelora iuxta portum Pisanum, ubi prelatos ceperant tempore Federici, debellantur.

Eodem anno soldanus Egypti cepit Margath. Et Iohannes rex Cypri moritur, cui successit frater Henricus, qui MCCLXXXII. intravit[+] Ptholomaydam cum pulchro stolo et grate receptus est. Sed Hugo de Pili...[+] pro rege Karolo ibi erat et tenuit contra regem castrum et fecit intrare omnes, qui erant ibi ad sti-

[^] ita C.

[+] exētacōes C, convertationem Mur.

[+] intravit Mur.

[+] piliaŋ C, Pilicino Mur.